

## POËMATUM MEDICORUM.

## I.

Quilibet plane Medicus assimilatur lampadi, lucet enim aliis illa, dum comburitur; hic vero difficilium morborum curationem dum aggreditur, mortalibus opem ferens, deflagrat, tristitia.

## Aliud.

Nihil gravius medicis est, quam aegrotantium quorundam incontinentia; quae summum malum est tam in prospera, quam adversa valetudine: quicquid enim medicus cum labore et tempore efficit, subito illa cum detrimento subvertit.

## Aliud.

Miser profecto quilibet Medicus est: si enim aeger aliquis sanitatem recuperaverit, non causantur illum, sin vero contrarium; illum causantur cum vituperio et damno.

## Aliud.

Si quis e pluribus male audire velit, artem omnino medicam exerceas: etsi enim aegrotantium aliquis moritur, etsi sanitatem recuperat, is nunquam effugit vituperium, modo honorarium quaerens, modo caedis omnino reus existens.

## Aliud.

Nulla tam magna medicis molestia est,